

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Centvriæ Selectorvm Casvvm Conscientiae. I. II. III.tia**

**Burghaber, Adam**

**Fribvrgi Brisgoiæ, 1665**

9. Arialdvs in censuram Papæ reseruatam incidens, vrgente graui causâ, à  
Parocho suo absolui potest.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40942**

absolutionem à Christo institutam? Verum contra istos adhuc stat resolutionis nostræ ratio; propter defectum scil. confessionis sacramentalis saltem apprehensæ non adesse eiusdem effectum; vnde etiam rationabiliter confessio odiosa reddi nequit, cùm ex illo nihil detegatur.

*Ad 1. in contrarium negamus famulum participare ullum usum clavis scientiæ, cùm confessio nulla intercesserit. Ad 2. negamus ob causam recens indicatam, ex qua ipsa etiam urgunt Suarez, sect. 2. cit. num 4. Henriquez & alij. Ad 3. negamus, inde odium confessionis rationabiliter prouenire, cùm facile cuicunque constet, nullam hinc exitisse confessionem sacramentalem. Ad 4. itidem negamus, vi saltem promissionis oriri obligationem sigilli confessionis, cùm absque ratione hoc affertur, ut notant Theologi communiter.*

IX. *Arialdus in casum cum graui censura Papæ reseruatum incidit, nec tamen ante paschalē communionem (cui absque infamia subducere se nequit) sive Pontificem sive Episcopum adire potest. Consert igitur se ad Parochū suum, & absolutionem ab eo flagitat. Quæritur. Vtrum Patriarchus absoluere Arialdum possit?*

Videtur non posse? Ita P. Vasquez T. 3. iii. Part. Q. 91. art. 3. dub. 8. n. 4. & dub. 9. n. 23. quem præter alios sequitur Diana F. 9. T. 1. Ref. 10. Mouentur. Tuim quia Tridentinum

sej

sess. 14. & 7. de Refor. ait, sacerdotem extra articulum mortis nihil posse in casibus reseruatis. Tum quia in decreto Clementis VIII. idem expressè statuitur. Tum quia in casibus Episcopo reseruatis nihil potest Sacerdos inferior, ut teste Suarez Tom. 4. in 3. part. D. 30. sect. 3. communiter sentiunt DD. Ergo etiam nihil potest in casibus Pontifici reseruatis.

Resp. Parochum posse absoluere Atrialdum. Ita post Canum, Domin. Sotum, Ledes-  
mam, Tanner Tom. 4. Disp. 6 Q. 10 dub. 6. n. 112.  
Wiggers de Sacram. Q. 21. de Excom. dub. 4. n.  
48. Palao Tr. 33. Disp. vnic. pun. 4. §. 4. n. 3. &  
alij. Ratio est. Quia reseruatio ad charitatis  
& animarum bonum introducta non debet  
in horum cedere malum; est quippe data hæc  
reseruandi potestas in ædificationem, & non  
non in destructionem 2 Cor. 13 v. 10. Atqui  
cederet in graue charitatis & animarum ma-  
lum, si in talibus circumstantijs non possent,  
Parochi à reseruatis absoluere Ergo credibile  
non est, eam potestatem à Pontifice denega-  
tam fuisse Parochis.

Ad 1. in contrarium dicimus, Tridentinum  
intelligendum esse per se: secus si à iure, vel ex  
privilegio concedatur; quemadmodum Sua-  
rez lo. cit. n. 8. existimat, concessum esse nō so-  
lū Episcopis, sed etiā inferiorib. Sacerdotibus,  
quoties Papa adire non potest, & virget tempus  
communicandi, ex tex in e. Nuper de sent. Ex-

com.

com. vbi habetur: à suo absoluatur Episcopo, vel proprio Sacerdote. Ex quo Glossa infert. Ergo simplex sacerdos absoluere potest. Atque hinc patet etiam ad 2. siquidem decretum Clementis eodem modo, quo Tridentinū, est intelligendum. Ad 3. negamus, in feriorem graui aliquā causā urgente non posse absoluere à casibus Episcopo reseruatis idque ob rationem in responsione adductam, ut etiam sentiunt civitati DD. & plures alij, quos allegat Diana loc. cit. Ref. II. Addimus in tali casu Parochum esse quoque Iudicem, eiusque absolutionem esse directam, licet interpretationem & onorificam, obligatione comprehendendi penes pœnitentem remanente, alias enim nulla iurisdictio ob necessitatem inferiori sacerdoti communicaretur, ut bene Palao loc. tit. contra non nullos.

X. Aripertus à Bruto deprehensus in flagranti scelere capitali, & statim ad Iudicem delatus advertit accusatorem in probatione succumbere, habet tamen & scire cupit, an negare possit, se scelus admisisse: & si negaverit, atque inde infamia columnæ accusatori aspergatur, an & quomodo amissam famam Bruto restituere debeat? Queritur. Quid ipsi dicendum?

Videtur Aripertum crimen negare non posse. Ita Richard. 4. Dist. 15. art. 5. q. 3. Quia alias mentiretur, quod nunquam est licitum.

Resp. I. Aripertum negare posse, crimen

se